CLEMENS PP VIII

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 26 (93)

Dilecti filij Salutem et Aplicam benedictionem. Dudum fe: re: Gregorius pp. xiiij praedecor nr dilecto filio Stephano Muraldo Clerico Comen perpetuam sine cura Capellaniam ad Altare Sancti Lazari situ in Ecc.
Derdonen per obitum quond Joannis Baptistae Columnae extra Romanam Curiam de mense Julij anni M.D. lxxxxi. defuncti uacan, et antea dispoi Aplicae reservatam contulit, prout literis
aplicis desuper sub plumbo expeditis plenius continetur. Quocirca nos cupientes literas ptas, ac omnia in eis contenta, suum ut par est, debitum sortiri effectum, Vobis per pntes mandamus,
quatinus uos uel duo, aut unus uestrum, si et postq dictae literae uobis ptatae fuerint, uobisq et summarie constiterit quod dctus Jo: baptista de dicto mense, et in possione dictae Capellaniae obierit,
per uos uel alium siue alios eundem Stephanum, uel procurem suum in corporalem possionem dictae Capellaniae, et illi forsan annexorum, iuriumq et pertinentiarum suorum quorumcunq in-
ducatis auctoritate nra et defendatis inductum, amotis inde, et expulsis quibuscunq detentoribus, et intrusis, non tn a Sede aplica prouisis, quos detentores et intrusos nos auctoritate pntium
amouemus et amotos denunciamus, facientes eidem Stephano uel procuri pto de Capellaniae ptae, et illi annexorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, et obuentionibus uniuersis a die obitus
dci Joannis baptistae decursis, et debitis integre responderi, eosdem detentores, et intrusos, ac prorsus quoscunq alios Contradictores, eisq auxilium, consilium, uel fauorem publice uel occulte di-
recte uel indirecte quomodolt praestantes per censuras eeclicas, et poenas et pecuniarias, et priuationis suorum beneficiorum ecclesiarum quorumcunq inhabilitatisq ad illa et alia in posterum obti-
nenda, aliaq opportuna iuris et facti remedia appellatione remota compescendo, legitimisq super his habendis seruatis processibus censuras, et poenas ipsas etiam iteratis uicibus aggrauando, in-
uocato et ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij saecularis. Decernentes uos, aut ptum Stephanum neminem in propterea, stante reseruatione hmoi spoliasse, nec amotos, et expulsos super
spolio, aut unde in agere posse, nec eis actionem spolij competere, nec collationes prouisiones [illegible] alias dispositiones de dca Capellania factas ad colorandum huiusmodi spolium prodesse, Sicq per
quoscunq Judices ordinarios et delegatos et causarum Palatij aplici Auditores, sublata eis et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari,
et diffiniri debere, necnon irritum, et inane si secus super his a quoq quauis auctte scienter, uel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fe: recordationis Bonifacij Papae octaui
praedecessoris nostri de una et in Concilio gnali edita de duabus dictis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate pntium ad iudicium non trahatur, alijsq aplicis Constitutionibus, necnon
inhibitionibus et a dictis Auditoribus, eorumue aliquo, seu aliquibus uigore quarumcunq commissionum aplicarum iam forsan decretis, non tn executioni demandatis, aut posthac
emanandis contrarijs quibuscunq. Seu si detentoribus, et intrusis praedictis, uel quibusuis alijs communiter uel diuisim ab apta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel excommunicari
non possint per lras aplicas non facientes plenam, et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto hmoi mentionem. Dat Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die
Nona Martij. M. D. lxxxxiij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

M. Vestrius Barbianus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880628384-19/fragment/page=0001
DFG

Dilectis filiis cau[sarum] Curiae Camerae Ap[osto]licae g[e]n[er]ali Auditori, ac
Francisco Porro Canonico ecc[lesi]ae Sanctae Mariae de Scala
Mediolanen[sis] ac Lanfranco Reyna Can[oni]co Ecclesiae
Cathedralis Mediolanen[sis], et eorum cuilibet.

1593

XXIX, 257

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 26 (93)

Exhibit[a] 2. Aprilis 1593.
Brutus not[arius] S

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880628384-19/fragment/page=0002